J. van [illegible]

HOMERI ODYSSEA

HOMERI
ODYSSEAE CARMINA

CUM APPARATU CRITICO

EDIDERUNT

J. VAN LEEUWEN J. F.

ET

M. B. MENDES DA COSTA

LUGDUNI BATAVORUM
APUD A. W. SIJTHOFF
MDCCCXC

Ab Iliadis recensione, quam ante biennium absolvimus, Odysseae haec editio non nisi in minutiis quibusdam discrepat, quas in praefatione indicare non opus est. Serius autem quam speraveramus hoc volumen emittitur, cuius rei et aliae extitere causae et schedas nostras typis describi noluimus priusquam in nostros usus conversam haberemus Odysseam Ludwichii.

Observationes exegeticas aliquanto plures quam in Iliade nostra reperiet lector; ne vero nimiae molis sic liber evaderet, in quam minimum poteramus spatium contraximus notulas criticas [1].

Codices Odysseam exhibentes quadraginta sex enumerat Jacobus La Roche in libro *die Homerische Textkritik im Alterthum*, 1866, p. 474—487; sed plures extare addit, qui quot qualesque sint satis accurate sciri nequeat. Illorum autem manuscriptorum, quae ibi a LaRochio commemorata sunt, vix tertia pars tunc temporis erat explorata, in his recentissima exemplaria complura; neglecti vero in bibliothecis iacebant meliores aliquot libri et vetustiores. Videantur modo quae l. l. p. 485 scribit de codice Laurentiano plut. XXXII, 24 [2]: „codex membr. in 8°, saec. X, enthält auf 234 Bl. „Odyssee α—ω 103 mit Glossen. Auf der Kehrseite von Bl. 185 steht „*κύριε, βοηθεῖ τῷ σῷ δούλῳ ἰωάννῃ ἁμαρτωλῷ τῷ πταίσαντι πλεῖστα κακὰ* „*εἰς τὸν κόσμον καὶ ἐνώπιόν σου, κύριε φιλάνθρωπε υἱὲ τοῦ θεοῦ* ..... „Wenn die Angabe des Alters dieses Codex richtig ist (Bandini ist sonst „überall zuverlässig), so verdient derselbe schon deshalb eine Collation, „weil er der nachweisbar älteste zur Odyssee ist." — Sequenti tamen anno LaRochius ad fidem codicum, quorum nullus tertio decimo saeculo

---

[1]) Sic correctionibus quibusdam, quae passim occurrunt, e. g. *-οισι Ϝέπεσσι* pro *-οις ἐπέεσσι*, *-έμεν'* pro *-ειν*, non adscripsimus nomina criticorum qui singulis locis eas primi proposuissent, sed satis habuimus addere: „vid. n° ..."

[2]) Codice G Ludwichii, vid. infra.

superior est[1]), Odysseam edidit, et illa recensio per annos plus quam viginti ceteris viris doctis, qui emendandae vel explicandae Odysseae incubuerunt, unicum fere fuit instrumentum criticum.

Anno 1876 in Fleckeiseni Annalibus (p. 21—27) de codice illo Laurentiano saeculi X accuratius egit E. Gotschlich, qui libros *α β γ ζ* contulerat integros, et e ceteris rhapsodiis locos quosdam selectos; i. a. notatu dignissimum esse adnotavit, quod in versu *ο* 128 hic codex servat lectionem Aristarcheam κεῖσθαι, cum in ceteris cunctis legatur κείσθω.

Quod autem hodie de Odysseae textu melius quam antehac potest iudicari, id debetur ferreae industriae Arthuri Ludwich. Nam post Ludwichii novam Odysseae recensionem, cuius pars prior anno 1889 exeunte apud Teubnerum prodiit, inde unde par est proficisci licet criticis in textu Homerico occupatis, nempe ab antiquissimis codicibus; neque *unum* modo sed vel *duos* codices, qui ad saeculum X^um^ pertinent, Ludwichius adhibuit, quorum alterum (F) summa cura excussit, alterum (G) passim inspexit[2]).

Non iisdem autem litteris atque LaRochius in plerisque codicibus designandis usus est Ludwichius; quod prudenti fecit consilio, nam hactenus alia signa codicum valebant si textus, alia si scholia tractabantur[3]). Huic confusioni finem statuit Ludwichius, quem libenter nos secuti his signis codices indicavimus:

F. Florentinus Laurentianus n⁰ 52 (olim abbatiae Florentinae n⁰ 2763) **saeculi X.** A Ludwichio primum est adhibitus et totus accurate collatus. Descriptio codicis, quem ipse ex oblivione protraxisse videtur, nulla quantum scimus hactenus in lucem est emissa.

Archetypum, ex quo descriptus est, litteris minusculis fuisse exaratum,

---

[1]) Nempe decem codicum quos ipse contulerat (Venetorum M i k n, Vindobonensium X Y b l q, Monacensis U), et praeterea quinque manuscriptorum ab aliis exploratorum (H J O Z W).

[2]) Usus est Ludwichius codicibus duodeviginti, quorum sex (F P H D T U) excussit totos cum priore parte codicis K et parte altera codicis L, duos (G X) festinanter excerpsit, quatuor (M N S Y) passim inspexit, quatuor (J O Z W) ex aliorum auctoritate attulit.

[3]) Sic LaRochio codex S est Stuttgardiensis: at si scholion aliquod ex codice S apud Dindorfium affertur in scholiorum Odyss. editione, non in Stuttgardiensi id est quaerendum sed in Parisino quodam manuscripto. Dindorfii scholia B et Q in Ambrosianis duobus leguntur: a LaRochio vero litteris B et Q indicantur codices Vindobonenses quidam infimae aetatis. Apud LaRochium V est codex Vratislaviensis: eadem littera a Dindorfio designantur scholia quae dicuntur Vulgata, ab Aldo Manutio curante Asulano edita ex codice hodie deperdito (quem Bodleiano saeculi XI simillimum fuisse demonstravit Dindorfius in schol. Odyss. praef. p. XVII sqq.). A LaRochio Vindobonensis 56 dicitur D: in scholiorum editione Dindorfiana sic audit Parisinus 2403. Codex P apud Dindorfium est Palatinus, apud LaRochium Meermannianus.

videtur effici posse ex versu δ 249, ubi pro ἀβάκησαν praebet ἀκάκησαν, confusis — ut fit — litteris β (i. e. *u*) et κ [1]).

„In singulis paginis archetypi, quo usi sunt F O Z, binae versuum columnae „extitisse videntur, unde facile error memorabilis explicatur, quo in F Z „versus ω 479, 481, 483, 485, 487, 489, 491 omnes antecedere coacti sunt „versibus hoc ordine subsequentibus: 480, 482, 484, 486, 488, 490, 492, „ceteris [2]). In O, si recte rettulit Anglus anonymus, 482 et 483 transpositi „sunt et post 491 sequitur 480." (Ludwich praef. p. XIV).

G. Florentinus Laurentianus XXXII, 24 **saeculi X.** De hoc codice, quem Ludwichius, cum temporis angustiis prohiberetur quominus totum excuteret, festinantius lectione transcurrens excerpsit, vid. supra pag. V sq.

P. Palatinus n⁰ 45; Heidelbergae asservatur. Codex membranaceus foliis 234 Odysseam cum Batrachomyomachia exhibet, et scholia usque ad φ 20. Desunt ζ 224—316, et ϑ 9—31 in margine addidit manus posterior. Scriptus est **annis 1201 sq.** a Palagano quodam, filio Pelegrini comitis [3]). Descriptum esse ex archetypo litteris minusculis exarato patet κ 227: *δάπεδον δ' ἅπαν ἀμφιβέβηκεν* pro *ἀμφιμέμυκεν.*

---

[1]) In quo errore cum eo conspirant O et Z; in D est ἀκάμησαν, quod eiusdem est farinae.

[2]) Etiam in codice k hunc errorem extare monuerat LaRochius proleg. p. XVII. Cum autem codices O et Z non ex ipso codice F descriptos esse doceat Ludwich, res huc redit, ut in quatuor his codicibus reperiatur error communis, unde appareat eos fluxisse omnes ex archetypo binis columnis perscripto, in quo versus ω 479 sqq. ita essent dispositi:

(col. 1.)	(col. 2.)
479	480
481	482
483	484
485	486
487	488
489	490
491	492.

Quoniam autem eiusmodi error non nisi semel nasci potuit, deinde vero ab aliis librariis oscitantibus poterat repeti, certum est iam in patre (fortasse etiam in avo vel proavo) codicis F hos versus ita fuisse perturbatos. Nam si sumamus scribam codicis F ipsum in hunc errorem primum incidisse, ex codice F descriptos esse codices O Z k inde efficiatur; atqui hoc ita esse negat Ludwich: ergo scriba codicis F in codice quem sequebatur hos versus pravo ordine dispositos invenit. Itaque stemmatis haec particula delineari posse videtur:

a) archetypum binis columnis perscriptum, codici igitur S simillimum vel Euripidis codici Laurentiano XXXII, 2.

b) exemplar hinc descriptum litteris minusculis, in quo librarii culpa turbati erant vs. ω 479 sqq.

c) codices F O Z k.

[3]) Vid. Ludwich in progr. Academ. Regimont. 1888 p. 3, H. Schrader in Porphyrii Quaest. Hom. ad Od. pertinentium reliquiis p. 164.

Scholia, quae non optimae notae sunt, Buttmannus anno 1821 publici iuris fecit; de aetate autem codicis antehac viri docti in errore versabantur, *quarto* enim *decimo* saeculo Dindorfius eum adscribebat in scholiorum editione praefat. p. XII, itemque LaRochius Textkritik p. 487, qui in Odysseae editione non nisi paucas ex eo lectiones attulit, quae tunc temporis a Buttmanno aliisve extabant promulgatae. Primus Ludwichius totum excussit, iamque apparuit textum multa praebere notatu dignissima.

H. Harleianus musei Britannici n⁰ 5674 **saeculi XIII**[1]. Codex membranaceus foliis 150 totam Odysseam cum scholiis complectitur; folium 62 (κ 316—372) amissum sed a scholiorum scriptore suppletum est. In prima pagina (fol. 2^a) sunt versus 39, in ceteris 41. Post Porsonum et Dindorfium denuo Londini contulit Ludwichius anno 1886.

M. Venetus bibliothecae Marcianae n⁰ 613 **saeculi XIII**. Codex chartaceus foliis 302, quae 18, 20, 23 versus pro pagina continent, Odysseam et Batrachomyomachiam exhibet; propter scholia autem uberrima quantivis est pretii. Contulerunt eum Cobetus et LaRochius[2], Ludwichius obiter tantum inspexit nec nisi raro laudavit.

Specimina dedit LaRochius in tabulis VII et VIII, unde cognosci possunt quatuor manus quibus codex exaratus est.

N. Laurentianus XCI, 2 **saeculi XIII,** a Ludwichio passim inspectus, qui inferioris notae vocat codicem.

X. Vindobonensis n⁰ 133 **saeculi XIII** (*apud LaRochium vocatur codex C*). Hic codex, qui continet Odysseam cum scholiis ab eadem manu scriptis, minime est contemnendus sed male habitus. Supersunt folia 147, quorum singulae paginae habent versus 32 vel 34; perierunt folia 33. Quae autem extant (ε 45 — ω 51) passim vermibus et madore ita sunt peresa ut vix possint dispici. LaRochius, qui ipse eum contulit, specimen scripturae dedit in tabula II; accurate descripsit codicem Ludwichius in Indice Lect. Aest. 1889 Regim. p. 5 sqq., sed ipsum textum se festinantius transcurrisse scribit praef. p. XII.

D. Parisinus n⁰ 2403 miscellaneus bombycinus foliorum 310 **exeuntis** fere **saeculi XIII.** In fol. 177 sqq. extat Odyssea cum scholiis. In singulis

---

[1]) Etiam LaRochius hunc codicem littera H indicat. Oculis se eum non usurpasse dicit proleg. p. V.

[2]) Etiam LaRochius eum designat littera M.

paginis versus sunt fere 56; interciderunt χ 259—485 et ω 310 sqq. — Codicem propter scholia notabilem totum contulit Ludwichius, qui cum codice X eum passim consentire ostendit in Indice Lect. Aest. 1889 Regim. p. 8 sq., nec tamen *filium* esse codicis X ibidem docuit p. 10.

S. Parisinus n⁰ 2894 bombycinus **saeculi XIII** fere **exeuntis**, foliis 321 (196 + 125) Iliadem et Odysseam continens cum scholiis rarioribus; cf. La Roche Textkritik n⁰ 103, Dindorf Schol. Odyss. praef. p. XIV, Ludwich in Indice Lect. aest. 1889 Regim. — In singulis paginis sunt versus 44, duobus ordinibus 22 versuum dispositi; ultima Odysseae pars chartacea est et a manu saeculi XV scripta. Codicem Ludwichius hic illic inspexit; scholia nullius sunt pretii, alia enim manu ex codice M descripta sunt. Textus tamen non ex codice M fluxit.

Codices D et S cognationis aliquo vinculo cohaerere inde effici potest quod soli inter omnes omittunt duos versus λ 607 sq.

T. Hamburgensis bombycinus **saeculi XIV,** imprimis propter scholia notabilis; vid. Ludwich Aristarch. II p. 693 sqq. — Vix altera superest pars, nempe folia 114, in quibus extant α 1—μ 220 et ν 310—ξ 67. Singulae paginae 25 vel 26 versus continent, nonnullae paulo plures.

Codici G cognatum esse hoc manuscriptum multi loci in rhapsodiis δ—ι ostendunt [1]; quamquam etiam in his rhapsodiis, ut alibi, frequenter discrepant G et T, ita ut certum sit non esse fratres. In α—γ et κ—μ non nisi perpauca indicia communis originis produnt, nonnulla tamen satis memorabilia [2].

U. Monacensis sive Augustanus n⁰ 519ᵇ bombycinus **saeculi XIV** (*qui apud LaRochium vocatur codex A*), foliis 253 continet Odysseam et Batrachomyomachiae vs. 1—161; in singulis paginis sunt versus 23, postea 25.

---

[1]) Communes iis sunt e. g. hae lectiones, quae aut in nullo alio manuscripto praeterea repertae sunt aut non nisi in recentibus codicibus (i, k, n) recurrunt:

δ 212 *πεϱ*, 222 *ἐπεὶ*, 251 *ἀνειϱώτευν*, 354 *πεϱικλύστῳ*, 458 sq. inverso ordine, 466 *πόντῳ*, 519 *καὶ ἐκεῖθεν*,

ε 386 *ὡς*,

ζ 8 *δὲ* (cum Ar.), 190 *τά γε δῶκε*,

η 117 *ἐπιλείπει*, 162 *δὴ τὸν ξεῖνον*,

ϑ 124 *δ'*, 154 *ἐπὶ*, 412 versum addunt, 422 *δόμοισι*, 436 *ἔχεον* (NB), 450 *εἰς* (pro *ἔς ῥ'*), 476 *υἱὸς* (pro *ὑὸς*!), 488 *μοῦσα δίδαξε*, 499 *ἤϱξατο*, 522 *δὲ δεῦεν*, 538 *πω*, 560 *ἴσασι* 574 *πόλιας*,

ι 138 *-κεν αὐτέων*, 198 *ἱϱεὺς*, 242 *ὀχλίσσειαν*, 261 *νεισ(νισσ-)όμενοι*, 359 *τό γ'*, 414 *ἐξηπάτησεν* (metro invito), 430 *ἕτεϱος* (sine sensu), 455 *ἔμμεν'* (NB).

[2]) E. g. β 366 *ἀλλογνώτων*, κ 453 *ἐσάντα*, 528 *στϱέψας*, λ 179 *μὲν*, 544 *ἀφεστήκει* (cum Ar.).

Codex, quem et LaRochius et Ludwichius contulerunt, licet sit satis recens, multas tamen habet lectiones egregias, unde patet ex optimo exemplari descriptum esse. Specimen dedit LaRochius in tabula I, qui eum correctum esse dicit ad fidem codicis cuiusdam arta propinquitate cum codice q coniuncti (proleg. p. XXI). Non tamen propter correctiones illas (U^2) sed propter ea quae prima manus dedit pretiosum est hoc exemplar.

K. Cracoviensis n⁰ 543, quem **anno 1469** scripsit Demetrius Triboles Spartanus. Priorem partem (α—μ) contulit Ludwichius, qui textum ex eodem fonte cum libris M et J manasse docet praefat. p. XV.

L. Laurentianus XXXII, 4 **saeculi XV,** a LaRochio commemoratus Textkritik p. 478 sed in editione critica non adhibitus; Ludwich posteriorem Odysseae partem (ν—ω) contulit. Iliadem, Odysseam, Batrachomyomachiam, Hymnos complectitur foliis 434 nitidissime scriptis et optime servatis; praecedunt folia 42 in quibus vita Homeri et Chrysostomi oratio LIII (*de Homero*) sunt exarata.

W. Vratislaviensis n⁰ 28 **saeculi XV** (*apud LaRochium Textkritik pag.* 486 *Vratislaviensis A vocatus, in Odysseae editione codex V*), confectus a Michaele Apostolio[1]), homine Byzantino, qui „*μετὰ τὴν τῆς αὐτοῦ πατρίδος ἅλωσιν πενίᾳ συζῶν καὶ τόδε βιβλίον*[2]) *ἐν Κρήτῃ ἐξέγραψεν*", ut testatur in fine operis. Codex, qui Odysseam sine scholiis continet, cognitus est ex Ernestii collatione, quam excudendam curavit in Editione Homeri Clarkiani vol. V Addend. pag. 23 sqq.; ibidem pag. VIII—XI codicis descriptionem dedit. Codici q cognatum esse ostendit LaRochius proleg. p. XX.

Y. Vindobonensis n⁰ 56 (*apud LaRochium codex D*) bombycinus, foliis 169 totam Odysseam cum scholiis continens. Huic codici contrarium accidisse videtur atque Palatino, quocum arta propinquitate iunctus est. Nam Palatinus antehac recentior esse credebatur quam est, Vindobonensi vero Y venerabilior aetas tribuebatur quam revera ei contigit. LaRochius de eo ita scribit proleg. p. VI: „Litera D signavi codicem . . . anno MCCC scriptum"; contra

---

1) Non totum ab Apostolio scriptum esse dicit Ernestius, sed inesse vetustiora quaedam et pulcrius exarata: λ 147—204, 567—μ 43, ν 59—77, 129—170, ο 196—316, π 1—φ 145, inesse etiam recentiora: α 1—β 27, η 240—347, ν 78—128, ξ 142—192. Ex tribus igitur partibus constare videtur codex, quarum singularum diversam esse originem et diversam igitur auctoritatem suspicari licet. Neque LaRochius neque Ludwichius codicem vidit; cf. LaRoch. proleg. p. V et Ludwich. praefat. p. XI.

2) Nempe perinde atque Iliadem, quae item inter codices Vratislavienses extat (LaRoche Textkritik p. 469, n⁰ 75).

Ludwichius, qui totum denuo contulit, in Indice Lect. aestiv. 1888 Regim. p. 1 et praefat. p. XI **saeculo XV** assignandum esse putat, errorem autem inde ortum esse dicit quod verba in libri calce addita ad huius codicis ipsius aetatem relata sunt [1]). — Specimen habes in LaRochii Tabula III.

Liber hic, ab Altero primum collatus, deinde a LaRochio, nunc a Ludwichio, antehac magno in honore versabatur, sed iam sine detrimento potest neglegi, postquam melius innotuit Palatinus, quocum tantum non perpetuo concinit, ut multis exemplis docuit Ludwich praef. p. XIV sq.

O. Sic vocatur Meermannianus (*apud LaRochium codex P*), quod tamen exemplar, fortasse **saeculo XVI** exaratum, parum accurate cognitum est cura anonymi cuiusdam qui in *The classical Journal* vol. XXXII et XXXVI (ann. 1825 et 1827) varias inde lectiones enotavit. Neque dignum esse quod maiore sedulitate etiamnunc excutiatur, inde efficitur quod codicis F umbra est. Non tamen ex ipso F descriptum esse monet Ludwich praef. p. XIII.

Z. Stuttgardiensis n⁰ 5 (*apud LaRochium codex S*) **saeculi XV** aut **XVI** ab Ioanne Sophiano exaratus, foliis 310 complectitur Odysseam et Iliadem cum versione latina [2]). Contulit I. Rieckher et in programmate schol. Heilbronn. 1864 varias lectiones ad Odysseam pertinentes publici iuris fecit; eum sequuntur Odysseae editores LaRoche et Ludwich.

Postquam collatus est codex F, vix ullum iam libri Stuttgardiensis est pretium, cum illo enim fere semper conspirat. Idem tamen de eo observat Ludwichius quod de libro Meermanniano, non esse codicis F filium [3]).

J. Sic apud Ludwichium indicantur lectiones, quas Nicolaus Heinsius ex codice quodam Vespasiani Gonzagae di Columna enotavit in margine exemplaris editionis Aldinae anni 1524, unde edidit I. B. C. d'Ansse de Villoison in Epistolis Vinariensibus Turici 1783 p. 40 sqq. (*a LaRochio littera G designantur*). Qualis vero fuerit codex ille Columnianus hodie deperditus, plane ignoramus, lectiones autem inde ab Heinsio excerptae tantum non

---

1) „εἴληφε βίβλος τέρμα πέμπτῃ μαΐου | ἰνδικτιῶνι τῇ δεκατρίτῳ δ' ἅμα | ῥαψῳδιῶν φέρουσα τριπλῆν ὀκτάδα" (vid. LaRoche Textkritik p. 482). Quibus recentior manus addidit „ἔτει ςωη", i. e. anno mundi 6808 = 1300. Archetypum igitur codicis Y anno 1300 scriptum esse credibile est.

2) Odysseam vertit Manuel Chrysoloras, Iliadem Leontius Pilatus.

3) Stuttgardiensem in Iliade cum *Cantabrigiensi* codice n⁰ 300 conspirare demonstravit W. Leaf, et ex hoc ipso descriptum sibi videri dicit in Commentario de Iliadis codicibus *Journal of Philology* 1890 p. 187. Ecquid igitur Odysseam quoque Stuttgardiensis exhibet ex Cantabrigiensi descriptam? Qua de re nunc iudicare non possumus, quoniam textus Odysseae, quem Cantabrigiensis exhibet, nondum est excussus.

omnes congruunt cum textu codicum M (vid. LaRochius proleg. p. XV sq.) et K, neque igitur iam ullam habent utilitatem.

Praeterea nonnullis locis commemorandi fuerunt codices **B, E, Q** Ambrosiani **saeculi XIV** (99, 89, 88), et Laurentianus **R** (LVII, 32) **saeculi XV**, de quo vid. Dindorf. schol. praef. p. XIII.

Papyrum Berolinensem n⁰ 154ª, in cuius fragmentis versus aliquot libri ν legi potuerunt, littera **A** indicat Ludwich. De vetustissimo hoc libro vid. H. LANDWEHR in Philologo 1885 p. 585—591.

Praeter codices a Ludwichio adhibitos, quos supra enumeravimus, inter copias LaRochii recensentur aliquot libri, quos litteris minusculis indicavimus, ne cum Ludwichii libris confunderentur. Sunt hi:

b. (*LaRoche B*) Vindobonensis n⁰ 307, chartaceus **saeculi XVI,** foliis 90 continens Od. α—ζ. Vile manuscriptum.

i. (*LaRoche I*) Venetus Marcianus n⁰ 457 chartaceus **saeculi XV**. Totam Odysseam sine scholiis exhibet foliis 189; ex eodem autographo quo codex n chartaceus (vid. infra) descriptus est, codicis autem H vocari potest umbra; vid. LaRoche praef. p. XVI sq., qui codicis specimen dedit in tabula IV.

k. (*LaRoche K*) Venetus Marcianus n⁰ 456 membranaceus **saeculi XV,** foliis 538 continens Iliadem, Posthomerica Quinti Smyrnaei, Odysseam, Hymnos, Batrachomyomachiam. Codex pulcherrime et accurate scriptus (vid. specimen in LaRochii tabula V) scholiis caret et cum codicibus F O Z constanter concinit[1]).

l. (*LaRoche L*) Vindobonensis n⁰ 5 linteus **saeculi XIV**, foliis 189 Iliadem, Q. Smyrnaeum, Odysseam complectitur sine scholiis.

In Iliade hunc codicem cum Lipsiensi n⁰ 1275 (qui non nisi *P* 90—*Ω* fin. exhibet) plane concinere, ita ut ex uno archetypo fluxisse videantur, optimas autem lectiones permultas his codicibus proprias esse, demonstravit W. LEAF in *Journal of Philology* vol. XVIII (1890) p. 181 sqq.; in Odysseae vero textu recensendo codicem l negligere licet, nam cum Y eum arte

---

[1]) Quam arte cum codicibus O et Z cohaereat k, demonstravit LaRochius proleg. p. XVII et XIX; illis autem locis, ubi a F discedunt O Z k tamen ei comes it, e. g. γ 22 τάρ F k, γάρ O Z. In Iliade umbra *Harleiani* 5693 esse dicitur k.

cohaerere dudum observaverat LaRochius (proleg. p. XIV sq.), nunc apparet descriptum esse ex Palatino. [1]) Specimen excudendum curavit LaRochius in tabula VI.

n. (*LaRoche N*) Venetus Marcianus n⁰ 647, classis IX codex 4, ex duabus partibus dissimillimis compositus est. Quarum prior, **saeculo XIV** scripta, foliis chartaceis 47 continet *α* 1—*ζ* 190. Haec codicis pars, cuius specimen praebet LaRochii tabula IX, nullius est momenti; cum codice i perpetuo eam concinere ostendit LaRochius praef. p. XVI sq.

Contra multis lectionibus aliunde ignotis et partim certe minime contemnendis insignis est pars altera [2]), bombycina **saeculi XIII,** quae foliis 95 (48—142) exhibet *ι* 541—*ω* fin. cum scholiis, et deinde Hesiodi Opera et Scutum — vs. 327. Specimen in tabula X dedit LaRochius, qui totum eum contulit; nonnulla inde excerpserat Cobetus.

q. (*LaRoche Q*) Vindobonensis n⁰ 50, **saeculo XV** ab Antonio Damila Cretensi exaratus ad idem exemplar unde Michael Apostolius partem codi-

---

[1]) Huius rei indicia quaedam pridem ad LaRochium pervenerant, qui proleg. p. XV sic scribit: „cum codice L [l] consentire videtur Palatinus." Nempe ad *ζ* 224 sqq. annotavit: „224-316 omittit L [l] cum Palatino." Si autem duo codices in tali errore concinunt, quem librario folium archetypi omittenti tribuendum esse patet, recentiorem igitur codicem ex antiquiore descriptum esse quivis suspicetur. Quae suspicio aliis locis confirmatur. Ad *η* 30 observat LaRochius: „post hunc in L [l] spatium vacuum pro uno versu relictum est: in Palatino vs. 30, 31 adpositis *α'* et *γ'* numerantur." Scilicet ridicule erravit Palatini codicis corrector, qui signa illa allevit. Versus enim 31:

μηδέ τιν' ἀνθρώπων προτιόσσεο μηδ' ἐρέεινε

paraphrasin alibi a se inventam „*μηδὲ πρός τινα τῶν ὧδε ἀνθρώπων ἐνατένιζε*" pro novo hexametro Homerico habuit, et bellissimum hunc "*στίχον*", ut ipse vocat, in margine appinxit inter versus 30 et 31 inserendum: *μὴ δὲ πρός τινα ἀνθρώπων ἐνατένιζε.* Librarius autem qui codicem l ex Palatino correcto descripsit, cum ad novum istum hexametrum venisset, sensit non sincerum esse versum epicum, unde tamen ortus esset non perspexit, sed putavit graviter esse corruptum, quapropter spatium uni versui reliquit, ut ex integriore nimirum exemplo is suppleri posset.

Simile quid de versibus *δ* 598 sq. observari potest. Ibi codex P in margine appictum habet: „*οὓς λέλοιπα ἐπὶ νηὸς παρὰ Νέστορι*", quae est scholiastae explicatio ad verba poetae *ἀνιάζουσιν ἑταῖροι* pertinens. In codice l autem „post versum 598 spatium pro uno versu relictum est, qui incipit ab *οὓς*, quod in codice scriptum est" (LaRoche). Scriba igitur codicis l pro versu habuit scholion, pellectus fortasse vocabuli *νηὸς* forma epica, sed cum videret verbis illis hexametrum non effici, transscribere noluit quae corrupta existimaret, quapropter unum tantum verbum exaravit, cetera ex meliore scilicet fonte postea additurus.

Sic post *α* 329 soli P l addunt ridiculum versum *ἐξ ποσὶν ἐκβεβαυῖα* (l. *ἐμβ.*) *τριδάκτυλος ἐξεφαάνθη*, qui non Homeri est sed Iuliani imperatoris. In *ι* 85 soli P l habent *ἔνθ' ἐπὶ ἠπείρου βῆμεν* pro *ἔνθα δ' ἐπ'*, *ι* 396 *ἐπεσσύμεθ'* pro *ἀπεσσύμεθ'*, *ι* 492 *τότε δὴ* (cum Aristarcho) pro *τότ' ἐγώ*, *ι* 532 *καὶ μοῖρ' ἐστὶ* pro *καὶ μοῖρα* aut *μοῖρ' ἐστί*, etc. etc.

[2]) Notabiles lectiones ex hoc codice allatas reperies ad *κ* 84, *λ* 249, 364, 513, 580, *μ* 205, *ξ* 6, 324, 396 etc.; videatur praesertim ad *λ* 622.

cis W descripsit, foliis 219 exhibet Odysseam sine scholiis. Specimen extat in LaRochii tabula XI.

Cum codicibus X D multis locis mire concinit [1]). Ex exemplari, quod cum codice q arta propinquitate iunctum esset, correctum esse codicem U demonstravit LaRochius proleg. p. XXI sqq.

His igitur subsidiis criticis hodie licet uti Odysseam perlegentibus. Si quis autem varietatem lectionis in Ludwichii editione enotatam componit cum lectionibus aliunde cognitis, apparet pauca admodum e codicibus nunc primum collatis prodiisse quae et nova sint et bona. Attamen permagna illius recensionis est utilitas, quoniam multa, quae lectioni vulgatae praeferenda esse senserant critici, nunc testimonio exemplarium ceteris antiquiorum confirmantur [2]).

---

[1]) E. g. ε 378, 409, ϑ 55 sq., ι 73, 89, 346, 417, 448, κ 223, 225, 254, μ 111 etc.

[2]) Sic in δ 672 hactenus lectio tradita esse credebatur:

ὡς ἂν ἐπισμυγερῶς ναυτίλλεται εἵνεκα πατρός,

vitio aperto, nisi quis putet particulam ἄν (κεν) indicativo praesentis adiungi posse. Subiunctivum autem nullo negotio posse restitui alterum λ delendo, probum enim aoristi subiunctivum esse ναυτίλεται, observavit Paech v. d. apud Curtium in libro de Verbo Graeco II² p. 88. Nunc inspice Ludwichii Odysseam; adnotatum reperies: „ναυτίλεται F."

In δ 755 legitur Ἀρκεισιάδαο, quod patronymicum, etiam ω 270 et 517 obvium, a nomine Ἀρκείσιος (ξ 182 π 118) ductum est. „Ἀρκεσσιάδαο Q" [q] annotat LaRochius, idque verum esse vidit Fick (Odyss. p. 190); nempe Ἀρκείσιος et Ἀρκεισιάδης, ab ἀρκέσαι derivata, nihilo melioris sunt notae quam foret e. g. ἐτέλεισε pro ἐτέλεσσε. Quis tamen sequatur codicem q, cum praesertim ceteris locis omnes codices LaRochii diphthongum ει videantur praebere, quantum quidem ex eius silentio concludi potest. At nunc quid docet editio Ludwichii? „Ἀρκεισιάδαο] Ἀρκεσσιάδαο G, Ἀρκεσιάδαο D, Ἀρκεσίδαο U W."

In λ 387 sqq. olim edebatur:

ἦλϑε δ' ἐπὶ ψυχὴ Ἀγαμέμνονος Ἀτρεΐδαο
ἀχνυμένη· περὶ δ' ἄλλαι ἀγηγέραϑ', ὅσσαι ἅμ' αὐτῷ
οἴκῳ ἐν Αἰγίσϑοιο ϑάνον καὶ πότμον ἐπέσπον.

At non *animas* ab Aegistho necatas esse sed ipsos *viros*, verissime monuit Bekker, quapropter poscebat masculinum ὅσσοι. En vero quae praebet Ludwichii apparatus criticus: „ἄλλοι G, ἄλλαι ceteri. — ὅσσοι ἄριστοι G, ὅσσαι ἅμ' αὐτῷ ceteri." Ergo id, quod necessarium esse Bekker dudum viderat, iam repertum est in codice optimo G, qui praeterea ἄλλοι exhibet et ἄριστοι, fortasse recte.

Θ 199 ad verba εἰνὶ ϑρόνῳ in Iliadis nostra editione observavimus: „εἰνὶ] forma suspecta, quippe quam nulla protulerit metri necessitas; *ἐν ϑώκῳ? cf. 439 β 14 ε 3. Redit locutio Ο 150; praeterea εἰνὶ ϑύρῃσι legitur ι 417 κ 310 μ 256." Tres autem hos ultimos locos corrigi posse ad exemplum versus κ 220, ubi ἐν προϑύροισι est lectio Aristarchi, sed εἰνὶ ϑύρῃσι in codicibus extat plerisque, perspexisse nobis videbamur. Nunc apud Ludwichium legimus: „κ 310 ἐν προϑύροισι G, εἰνὶ ϑύρῃσι ceteri." Quod igitur flagitabamus, id legi in codice praestantissimo apparet, neque Ludwichius dubitavit in textum eam lectionem recipere. Vid. etiam v. l. ϑ 325. Nonne igitur eadem fiducia molestum illud εἰνὶ nunc expellendum est ι 417 et μ 256? Nos certe ἐν προϑύροισι ibi rescripsimus,

Sic multae lectiones, quae olim non nisi sublesta auctoritate apographorum saeculi XV vel XVI, Meermanniani (O), Stuttgardiensis (Z), Veneti 456 (k), munitae erant, iam sunt repertae in codice F, qui annis quingentis sexcentisve est vetustior. Si autem in annotationibus nostris e codice F aliquid affertur, idem in O Z k extare significare voluimus, nisi contrarium fuerit observatum [1]).

Similis ratio intercedit inter codices P Y l. Ubi igitur in nostris annotationibus commemoratur lectio Palatini, idem in Y et l legi puta. In calce huius paginae et sequentis excripsimus notabiles aliquot lectiones, e longe maiore copia selectas, quae codicibus P Y l iisque solis communes sunt [2]).

---

licet codices, qui hactenus collati sunt, illis locis non addicant; fortasse posthac addicent alii.

Obsoleta genitivi forma in *-οο* pro *-ου*, quae et alibi in Homericis restituenda videtur et omnino requiritur *Β* 325 *α* 70 h. Ap. 156, ubi lectio vulgata est *ὅου*, nunc in Palatino reperta est *α* 70 prima manu exarata. Mutavit corrector, sic vitium scilicet se emendare ratus. Scriba autem si per errorem scripserat *ὅο* — nam fieri potest ut mero casu hoc loco verum posuerit — nae felix ille erat error.

Alcinoi aedes descripturus poeta secundum lectionem vulgatam sic incipit *η* 86:

χάλκεοι μὲν γὰρ τοῖχοι ἐληλέδατ' ἔνθα καὶ ἔνθα.

In his vitiosum est *ἐληλέδατ'* vel *ἐληλάδατ'*, quae forma contaminata est ex duabus lectionibus, quarum altera *ἐρηρέδατ'* irrepsit e versu vicino 95, altera *ἐληλέατ'* extat in P et recipienda est, nisi quod duplici alpha *ἐληλάατ'* scribere praestat. Sed praeterea in versus initio officit synizesis; quod incommodum quomodo esset tollendum, olim suspicari poteramus, nunc possumus demonstrare. Nempe in P est *χάλκεοι γὰρ τοῖχοι*, in F *χάλκεοι μὲν τοῖχοι*, alteram utram igitur voculam expellendam esse intellegimus; cum vero multo aptior contextui sit coniunctio *μέν*, dubium non videtur quin poeta dederit *χάλκειοι μὲν τοῖχοι*, ut extat in F, si revocamus iota illud quod flagitat metrum.

Leviora quaedam verbo tetigisse satis est; e. g. *β* 394 *ῥ'*, quod pro *δ'* olim poscebant Ameis et LaRochius, nunc praebet codex F; item *δ* 789 *ἤ* pro *εἴ*. Sic *ϑ* 436 pro *ἔχεαν* in G T repertum est *ἔχεον*, quemadmodum correxerat Cobetus; et *ἔμμεν' ι* 455 in G T totidem litteris exaratum extat, cum ceteri praebeant *εἶναι*. Sic *κ* 244 *ἆψ*, quod pro *αἶψ'* restituendum esse viderant Barnes Voss alii, nunc in D est repertum. Sic *α* 504 *πτολίπορθον* pro *-ιον* non coniectura revocandum esse sed complurium eorumque optimorum codicum esse lectionem, nunc demum apparuit.

[1]) Qua in re secuti sumus Ludwichii consilium (praef. p. XIV): „pro tribus siglis F O Z vel duobus F O primum positis mox unum F posuisse satis habui." — Codicis k nullam rationem Ludwichius habuit.

[2]) *δ* 796. Post hunc in solis P Y l additur versus *ν* 289.

ϑ 62. Versiculum misere claudicantem *Δημόδοκον λιγύφωνον ἐόντα ϑεῖον ἀοιδόν* adiecit corrector Palatini, in textu habent Y l.

κ 502. Post hunc soli P Y l adiciunt versum *λ* 156.

κ 305 sq.: *μῶλυ δέ μιν καλέουσι ϑεοί· χαλεπὸν δέ τ' ὀρύσσειν*
ἀνδράσι γε ϑνητοῖσι· ϑεοὶ δέ τε πάντα δύνανται. — Desunt in solis P Y l verba *ϑεοί* — *ϑνητοῖσι*.

κ 436 sq. (quos ordine inverso exhibet F) omittunt soli P Y l.

γ 313: *δόμων ἄπο.* — P Y l *φίλων ἄπο.*

γ 363: *οἱ δ' ἄλλοι.* — P Y l *ἀλλ' ἄλλοι.*

δ 84: *'Ερεμβούς.* — P Y l *Ἀραβούς.*

δ 415: *κάρτος τε βίη τε.* — P Y l *ἔργον τε ἔπος τε.*

Certa autem argumenta praebet textus Homericus, ex quibus efficitur codices hodiernos aut ex uno libro eoque non optimo omnes esse derivatos, id quod vix credibile est, aut — quod eodem redit — ex paucis aliquot exemplaribus, quorum alterum alteri tam simile fuerit quam ovum est ovo. „Communem omnium codicum esse originem apparet", scribit Christ in Iliad. proleg. p. 101, et indicia aliquot affert ex Iliade; possunt autem ex Odyssea quoque afferri.

Sic *γ* 305 et 304 ordine inverso leguntur in omnibus nostris codicibus; suo tamen loco collocatos legebat Didymus, qui ad Sophoclis Electr. 267 eos attulit, unde Bergkius correxit textum Homericum.

δ 72 in omnibus codicibus hodiernis est *χαλκοῦ τε στεροπὴν καὶ δώματα ἠχήεντα*. Sed id quod poetam dedisse ratio clamat, *κατὰ* vel *κὰδ δώματα ἠχήεντα*, extat in scholiis ad *Ω* 323, ut taceamus de hymn. Cer. 104 et Matronis in Convivio iocosa imitatione (Athen. IV 135*b*). — Idem vitium I. H. Voss et Lehrs sustulerunt *σ* 355, ubi omnes nostri libri sine ullo sensu praebent *καὶ κεφαλῆς*, leg. *κὰκ κεφαλῆς*.

ε 426 in libris est *ῥινούς τε δρύφθη* (—⏑́⏑⏑—́). Ubi sitne *ῥινούς τε δρύφη* legendum an expellendum sit *τε*, dubitari potest, sed certum videtur tale vitium non nisi sero in textum Homericum irrepere potuisse.

Eiusdem farinae est lectio *η* 261 (= *ξ* 287):

ἀλλ' ὅτε δὴ ὄγδοόν μοι ἐπιπλόμενον ἔτος ἦλθε,

quem versum variis remediis critici tentarunt, nobis verba tradita non mutanda sed aliter ordinanda videntur:

ἀλλ' ὅτε δή μοι ἐπιπλόμενον Ϝέτος ὄγδοον ἦλθε.

ι 269: *ἀλλ' αἰδεῖο, φέριστε, θεούς· ἱκέται δέ τοί εἰμεν.* — P Y l pro *εἰμεν* habent *εὐχόμεθ' εἶναι*, in l autem erasum est *φέριστε*, ut errore nimirum compensaretur error.

ι 341: *μηκάδας.* — P Y l *πίονας.*

ι 439: *μέμηκον.* — P Y l *μέμυκον* (oves scilicet).

ι 455: *ὄλεθρον.* — P Y l *ὀλέθρου.*

ι 530: *δὸς μὴ Ὀδυσσῆα.* — P Y l *δὸς μηδ' Ὀ.* (metro invito).

ι 559: *ἐκοιμήθημεν ἐπὶ ῥηγμῖνι θαλάσσης.* — P Y l *ἐ. παρὰ πρυμνήσια νηὸς* (metro invito).

κ 15: *νέας.* — P Y l *πόλιν* (vitium in Y correctum est).

κ 130: *οἳ δ' ἅμα πάντες.* — Pro *ἅμα* Rhianus et Callistratus legebant *ἅλα*, nonnulli autem libri olim *ἄρα* habebant, idque hodie soli P Y l praebent; item *κ* 257.

κ 179: *παρὰ θῖν' ἁλὸς.* — P Y l *πολιῆς ἁλὸς* (sine sensu).

κ 206: *πάλλομεν ὦκα.* — P Y l *πάλλον ἑλόντες.*

κ 227: *ἀμφιμέμυκεν.* — P Y l *ἀμφιβέβηκεν* (absurde); vid. pag. VII.

κ 399: *σμερδαλέον κονάβιζε· θεὰ δ' ἐλέαιρε καὶ αὐτή.* — P Y l *σμ. κανάχιζε· θεὰ δ' ἐλέαιρεν ἅπαντας.*

κ 549: *πότνια.* — P Y l *θέσφατα.*

μ 177: *πᾶσιν.* — P Y l *κηρὸν.*

Graviore etiam vitio, si gravius esse potest, in omnibus codicibus laborat metrum versus *η* 89:

ἀργύρεοι δὲ σταθμοὶ ἐν χαλκέῳ ἕστασαν οὐδῷ,

ubi praeterea *ἕστασαν* praebent plerique, quam formam Aristarcho certe non placuisse coll. *M* 55 iure quis contenderit [1]). Veram lectionem a Barnesio restitutam esse putamus, qui verba tradita sic disposuit:

σταθμοὶ δ' ἀργύρεοι ἐν χαλκέῳ ἕστασαν οὐδῷ. [2])

Non cunctis sed tamen plerisque codicibus communis est error *ξ* 478:

ἔνθ' ἄλλοι μὲν πάντες χλαίνας ἔχον ἠδὲ χιτῶνας,

ubi male abundat *μὲν*.

Perridiculum autem sphalma in libris longe plurimis extat *ν* 295:

μύθων τε κλοπίων, οἵ τοι παιδόθεν φίλοι εἰσίν

pro *πεδόθεν*. Qui licet error sit tralaticius, vix tamen hoc loco in tot manuscriptis sponte potuit nasci, sed ex fonte communi fluxisse videtur.

Sed haec hactenus; parum enim prodest disputare de libris antiquissimis hodie deperditis, qui quales fuerint suspicari possumus, non possumus demonstrare. Hoc certum est, codices optimos F G P H M X U, ut de ceteris taceamus, neque alterum ex altero esse ductos neque inter eos duos pluresve esse qui ex eodem archetypo sint descripti. Quorum qui sunt antiquissimi F et G saepe quidem concinunt, sed nihilo rarius discrepant; ceteri quoque modo inter se conspirant modo differunt. Stemma autem codicum Homericorum ut probabiliter unquam possit constitui, hodie vix videtur spes esse.

Dedimus Lugduni Bat. et Amstelodami
exeunte m. Augusto 1890.

---

1) Vid. etiam *β* 341 *δ* 426 *η* 101, *M* 446 *P* 435 *Σ* 563 *χ* 469.

2) Parum probabiliter alii delebant voculam *δὲ*; neque melius, nisi magnopere fallimur, Ludwichius, in posteriore potius parte hexametri verborum traiectionem requiri ratus, rescripsit:

ἀργύρεοι δὲ σταθμοὶ ἐν οὐδῷ χαλκέῳ ἕσταν.

De qua coniectura sic scribit praef. p. XVIII annot.: „quod restituere ausus sum *ἀργύρεοι δὲ σταθμοὶ ἐν οὐδῷ χαλκέῳ ἕσταν* sane incertum, sed etiam incertius mihi videtur esse quod aliis placuit *σταθμοὶ δ' ἀργύρεοι ἐν χαλκέῳ ἕστασαν οὐδῷ*"; et in annotatione critica: „*ἐν οὐδῷ χαλκέῳ ἕσταν* scripsi coll. *B* 467 (ubi *ἕσταν* legit Et. M. 382, 18) et *Ω* 359."

Nos si dubiam duceremus Barnesii coniecturam, tentaremus *ἀργύρεοι δὲ σταθμοὶ ἔσαν ἐν χαλκέῳ οὐδῷ,* certe vetus poeta ita poterat canere. Sed Barnesius acu rem tetigisse nobis quidem videtur; *aoristo* vero *στῆναι* hic locum esse negamus, et confidimus nos ipsum Ludwichium nobiscum facientem habituros esse locis haud dissimilibus *ψ* 101 et 169; ubi si servaverit lectionem vulgatam *οὐ μέν κ' ἄλλη γ' ὧδε γυνὴ τετληότι θυμῷ | ἀνδρὸς ἀφεσταίη,* licet codices complures eique minime contemnendi illic aoristum *ἀποσταίη* praebeant, satis inde apparebit illum quoque persuasum sibi habere aliud apud Homerum, ut in reliqua graecitate, esse *stare, immotum manere*, aliud *consistere.*

HOMERI ODYSSEA

ΟΔΥΣΣΕΙΑΣ α.

Θεῶν ἀγορά (vs. 1—102). — *Ἀθηνᾶς παραίνεσις πρὸς Τηλέμαχον* (vs. 103—324). — *Μνηστήρων εὐωχία* (vs. 325 sqq.).

ἄνδρα μοι ἔννεπε, μοῦσα, πολύτροπον, ὃς μάλα πολλὰ
'πλάγχθη, ἐπεὶ Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσε·
πολλῶν δ' ἀνθρώπων 'Ϝίδε Ϝάστεα καὶ νόον ἔγνω,
πολλὰ δ' ὅ γ' ἐν πόντῳ ἔπαθ' ἄλγεα Ϝὸν κατὰ θυμόν, 4b = ν 90
ἀρνύμενος Ϝήν τε ψυχὴν καὶ νόστον ἑταίρων.
ἀλλ' οὐδ' ὣς ἑτάρους ἐρρύσατο Ϝιέμενός περ·
αὐτῶν γὰρ σφετέρῃσιν ἀτασθαλίῃσιν ὄλοντο, 7 cf. Δ 409
νήπιοι, οἳ κατὰ βοῦς Ὑπερίονος Ἠελίοιο
ἤσθιον· αὐτὰρ ὁ τοῖσιν ἀφείλετο νόστιμον ἦμαρ. 9b = τ 369
τῶν ἀμόθεν γε, θεὰ θύγατερ Διός, εἰπὲ καὶ ἧμιν.

---

1 sqq.] prooemium contra Bekkerum defendit Lehrs Arist.[2] p. 419 sqq.

1] *virúm mihi Caména insecé versutum* vertit Livius Andronicus metro saturnio apud Gellium XVIII 9 § 5. || *πολύτροπον*] redit adi. κ 330; lectionem *πολύκροτον*, in schol. Arist. Nub. 260 commemoratam, parodiae deberi vidit Eust. 1381, 46. || *πολλὰ*] *πάντων* H.

2 *Τροίης*] genit. explicativus; vid. ad κ 81.

3 *νόον*] *νόμον* Zen., quod coll. ζ 121 reiecit Ar.; vocabulo *νόμος* Hom. non utitur, quamquam *εὐνομίη* extat ρ 487. Cf. ad ψ 296 et Lehrs Arist.[2] p. 348.

4 **ἔπαθ'*] *πάθεν.*

6-9] spurios censet Kirchhoff; narratio enim de Solis armentis (μ 260 sqq.) non pertinet ad antiquissimum carmen de Ulixis reditu (vid. ad α 88 sqq.).

7 *αὐτῶν*] *αὐτοὶ* N Y, quod recepit Bekker coll. vs. 33. At vid. ο 262 π 197. || *-ῃσιν ὄλοντο*] **-ῃσ' ὤλοντο*?

10] in suspicionem vocavit Nitzsch. || *ἀμόθεν γε*] *undecunque.* Adverbium, quod ducitur a stirpe apud Hom. alibi non obvia, parum apte sententiae insertum est; Kayser *ἄποθεν* coniecit, Nauck *ἀμόθεν τι.* || *εἰπὲ*] suspicionem movet neglectum Ϝ; Fick *ἔσπε* (cf. nº 246), at ipsum *dicendi* verbum hinc alienum videtur. || *καὶ*] abundare male contendit schol. Theocr. IV 54. || **ἧμιν*] *ἡμῖν.*

11 ἔνθ' ἄλλοι μὲν πάντες, ὅσοι 'φύγον αἰπὺν ὄλεθρον,
ϝοίκοι ἔσαν, πόλεμόν τε πεφευγότες ἠδὲ θάλασσαν·
τὸν δ' οἶον νόστου κεχρημένον ἠδὲ γυναικὸς
νύμφη πότνι' ἔρυκε Καλυψώ, δῖα θεάων, 14ᵇ sq. = ι 29 sq.
ἐν σπέεσι γλαφυροῖσι, λιλαιομένη πόσιν εἶναι. 15 cf. ψ 334ᵇ sq.ᵃ
ἀλλ' ὅτε δὴ ϝέτος ἦλθε περιπλομένων ἐνιαυτῶν,
τῷ ϝοι ἐπεκλώσαντο θεοὶ ϝοῖκόνδε νέεσθαι
εἰς Ἰθάκην, οὐδ' ἔνθα πεφυγμένος ἦεν ἀέθλων
καὶ μετὰ ϝοῖσι φίλοισι. θεοὶ δ' ἐλέαιρον ἅπαντες
νόσφι Ποσειδάωνος· ὃ δ' ἀσπερχὲς 'μενέαινε 20ᵇ cf. Δ 32 ζ 330
ἀντιθέῳ Ὀδυσῆι πάρος ϝὴν γαῖαν ἱκέσθαι. 21 = ζ 331
ἀλλ' ὃ μὲν Αἰθίοπας μετεκίαθε τηλόθ' ἐόντας,
Αἰθίοπας, τοὶ διχθὰ δεδαίαται, ἔσχατοι ἀνδρῶν,
οἳ μὲν δυσομένου Ὑπερίονος, οἳ δ' ἀνιόντος,
ἀντιάων ταύρων τε καὶ ἀρνειῶν ἑκατόμβης·
ἔνθ' ὅ γ' ἐτέρπετο δαιτὶ παρήμενος, οἳ δὲ δὴ ἄλλοι
Ζηνὸς ἐνὶ μεγάροισιν Ὀλυμπίου ἀθρόοι ἦσαν.
28 τοῖσι δὲ μύθων ἦρχε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε· 28 = Χ 167
32 „ὢ πόποι, οἷον δή νυ θεοὺς βροτοὶ αἰτιάονται.

---

29 'μνήσατο γὰρ κατὰ θυμὸν ἀμύμονος Αἰγίσθοιο, 29—31 cf. δ 187 sqq.
τόν ῥ' Ἀγαμεμνονίδης τηλεκλυτὸς ἔκταν' Ὀρέστης.
τοῖ' ὅ γ' ἐπιμνησθεὶς ϝέπε' ἀθανάτοισι μετηύδα·

---

11 ἔνθ'] *tunc, illo tempore.* Continuari sententiam hoc versu, ἔνθ' igitur *quo tempore* significare, censent Kirchhoff Fick; at relativum ἔνθα non nisi = *ubi* apud poetam usurpatur. Conferri possunt β 82 δ 285 etc.

12 ἔσαν] ἐπορεύθησαν schol.; hinc Ludwich efficit fuisse qui ἴσαν legerent.

15 σπέεσι n° 71] σπέ(σ)σι fere omnes.

17 ἐπεκλώσαντο] cf. Ω 525.

18 sq.] verba οὐδ' ἔνθα — φίλοισι in *parenthesi* esse collocata, et θεοὶ δ' igitur *apodoseos* esse initium, statuit Aristarchus; vid. Ariston. ad Π 46. Assensi sunt Nitzsch LaRoche alii.

18 ἔνθα] „τότε" schol.; *in Ithaca insula* interpretantur Nitzsch LaRoche. || πεφυγμένος ἦεν ἀέθλων] ceteris locis *accusativum* adsciscit hoc verbum; genitivum h. l. Nitzsch recte vertit *ex aerumnis* coll. Soph. Phil. 1044.

19 μετὰ ϝοῖσι φίλοισι] σὺν ἑοῖσι φίλοισι U^2, μετὰ οἷς ἑτάροισι M.

21] suspectus Nauckio. || ἱκέσθαι] ἰδέσθαι M; vid. ad γ 233.

23 sq.] addubitant PKnight Nitzsch, damnant Duentzer alii.

23 Αἰθίοπας] Αἰθίοπες Ariston. Ζ 154 alii, cf. Ζ 396. De epanalepsi vid. ad Υ 372.

24 οἳ μὲν ... οἳ δ'] sic Ar., ἠμὲν ... ἠδ' Crates apud Strab. I 30. || δυσομένου] n° 152; aliis locis participium est καταδύς (γ 138 π 366 etc.), vid. etiam infinitivus δῦναι (Β 413 Δ 194 etc.).

25 ἀντιάων n° 191] -όων.

27 Ὀλυμπίου] Ὀλυμπίοιο T^2; „al. Ὀλύμπιοι" Clarke, quod verum ducit Nauck; „sed cf. Ο 131" Ludwich.

29-31] damnarunt FSchlegel PKnight Kirchhoff alii; ex δ sunt desumti, adiectivum ἀμύμων autem hinc alienum.

31 τοῖ' n° 59] τοῦ. || ϝέπε' ἀθανάτοισι μετηύδα] ϝέπεα πτερόεντα προσηύδα P^1 H^1 alii.

32 αἰτιάονται n° 191] -όωνται.

I *ἐξ ἥμων γάρ φασι κάκ' ἔμμεναι· οἳ δὲ καὶ αὐτοὶ*
σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν ὑπὲρ μόρον ἄλγε' ἔχουσι.
ὡς καὶ νῦν Αἴγισθος ὑπὲρ μόρον Ἀτρεΐδαο
'γῆμ' ἄλοχον μνηστήν, τὸν δ' ἔκτανε νοστήσαντα,
Ϝειδὼς αἰπὺν ὄλεθρον, ἐπεὶ προεϜείπομεν ἧμες
Ἑρμείαν πέμψαντες ἐύσκοπον Ἀργεϊφόντην
μήτ' αὐτὸν κτείνειν μήτε μνάεσθαι ἄκοιτιν·
‚ἐκ γὰρ Ὀρέσταο τίσις ἔσσεται Ἀτρεΐδαο,
ὁππότε χ' ἡβήσῃ καὶ Ϝῆς ἱμείρεται αἴης.'
ὣς ἔφαθ' Ἑρμείας, ἀλλ' οὐ φρένας Αἰγίσθοιο
'πεῖθ' ἀγαθὰ φρονέων· νῦν δ' ἀθρόα πάντ' ἀπέτισε." 43b cf. *Χ* 271
τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη· 44 sq. = 80 sq. 44b sq. = *Θ* 30 sq.
„ὦ πάτερ ἡμέτερε Κρονίδη, ὕπατε κρειόντων,
καὶ λίην κεῖνός γε ϜεϜοικότι κεῖται ὀλέθρῳ· 46a cf. *λ* 181
ὣς ἀπόλοιτο καὶ ἄλλος ὅτις τοιαῦτά γε ῥέζοι. 47b = *Ψ* 494 *χ* 315 cf. *ζ* 286
ἀλλά μοι ἀμφ' Ὀδυσῆι δαΐφρονι δαίεται ἦτορ
δυσμόρῳ, ὃς δὴ δϜηθὰ φίλων ἄπο πήματα πάσχει 49 cf. *η* 152 *ϑ* 411
νήσῳ ἐν ἀμφιρύτῃ, ὅθι τ' ὀμφαλός ἐστι θαλάσσης·
νῆσος δενδρεόεσσα, θεὰ δ' ἐν δώματα ναίει,
Ἄτλαντος θυγάτηρ ὀλοόφρονος, ὅς τε θαλάσσης 52b sq.a = *δ* 385 sq.
πάσης βένθεα Ϝοῖδεν, ἔχει δέ τε κίονας αὐτὸς

33 **ἧμων*] *ἡμέων*. || *ἔμμεναι· οἳ δὲ καὶ*] fuere qui iungerent *ἔμμεναι οἷδε, καί*.
34 *ὑπὲρ μόρον*] vid. ad *Υ* 30. || *ἔχουσι*] *ἔπεσπον* Heraclit. de incredib. 39.
35 *ὡς*] *ὣς* (*ὧς*) mavult LaRoche.
37 *προεείπομεν* Nauck] *πρό οἱ εἴπομεν* codd.; PKnight *οἱ ἐϜείπομεν* (Hoffmann *Ϝείπομεν*) del. *πρό*, Fick *πρό Ϝοι ἔσπομεν* (cf. nº 246). || **ἧμες*] *ἡμεῖς*.
38] *πέμψαντες Μαίης ἐρικυδέος ἀγλαὸν υἱόν* habebat liber Massiliensis; vid. ad *ξ* 435. || *πέμψαντες*] *πέμψαντε* Zen. Aristoph., errore notissimo; *πέμψαντε διάκτορον* eos dedisse probabilis est Buttmanni sententia; *πέμψαντες διάκτορον* b, idque legit schol. E; cf. vs. 84.
39 *κτείνειν*] *κτεῖναι* G M alii. || *μνάεσθαι* nº 190 et 191] *μνάασθαι*.
40-43] damnat PKnight.
41 **ὁππότε χ'*] *ὁππότ' ἂν* codd., *ὁππότ' ἄρ'* Eust. || *ἡβήσῃ*] *ἡβήσει* Eust.; cf. nº 122. || *καὶ* U] *τε καὶ* || *ἱμείρεται*] *ἐπιβήσεται* q, in marg. U[2] W.

47] damnat PKnight. || *ῷς*] *ὧς* Nicanor codd., sic Bekker Ludwich alii. || *ῥέζοι*] *ῥέζει* K[2] Y[1] q[1]; reiecit GHermann ad Soph. El. 1498.
48 *δαίεται*] nº 205. Simili sensu *καταδάπτεται* dicitur *π* 92.
49 *πήματα πάσχει*] *τῆλ' ἀλάληται* schol. *ε* 3 (cf. *γ* 313)
50 *ἀμφιρύτῃ*] *Ὠγυγίῃ* Strab. I 26.
51 *νῆσος*] asyndeton explicativum, ut *Κ* 437 *κ* 515 *μ* 102. || **δενδρεόεσσα*] *-ήεσσα*; vid. nº 63. || *δώματα* P alii] *δώμασι* F alii.
52 *ὀλοόφρονος*] *ὀλοόφρων* olim scriptum fuisse Didymus (?) coniecit. Etiam de significatione adiectivi ambigebant veteres; Cleanthes philosophus *ὁλοόφρονος* legebat, quod *τῶν ὅλων φροντιστικόν* interpretabatur. Vertendum est *saevus, torvus*; animalia sic vocantur in Iliade (*Β* 723 *Ο* 630 *Ρ* 21), in Odyssea vero reges Aeetes *κ* 137, Minos *λ* 322, Atlas h. l.
53 *ἔχει*] *tenet, servat, concreditas sibi habet*; cf. *β* 346 *δ* 737. Posteri *sustinere* interpre-

I μακράς, αἳ γαῖάν τε καὶ οὐρανὸν ἀμφὶς ἔχουσι·
τοῦ θυγάτηρ δύστηνον ὀδυρόμενον κατερύκει.
αἰεὶ δὲ μαλακοῖσι καὶ αἱμυλίοισι ϝέπεσσι
θέλγει, ὅπως Ἰθάκης ἐπιλήσεται· αὐτὰρ Ὀδυσσεύς,
ϝιέμενος καὶ καπνὸν ἀποθρῴσκοντα νοῆσαι
ϝῆς γαίης, θανέμεν ἱμείρεται. οὐδέ νυ σοί περ — 59[b] sq.[a] = ο 553 sq.
ἐντρέπεται φίλον ἦτορ, Ὀλύμπιε; οὔ νύ τ' Ὀδυσσεὺς
Ἀργείων παρὰ νηυσ' ἐχαρίζετο ἱερὰ ῥέζων
Τροίῃ ἒν εὐρείῃ; τί νύ ϝοι τόσον ὠδύσαο, Ζεῦ;"
τὴν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη νεφεληγερέτα Ζεύς· — [cf. ω 477 sq. 63 sq. = ε 21 sq.
„τέκνον ἐμόν, ποῖόν σε ϝέπος 'φύγεν ἕρκος ὀδόντων; — 64[b] = Δ 350
πῶς κεν ἔπειτ' Ὀδυσῆος ἐγὼ θείοιο λαθοίμην; — 65 = Κ 243
ὃς περὶ μὲν νόον ἐστὶ βροτῶν, περὶ δ' ἱρὰ θεοῖσι
ἀθανάτοισιν ἔδωκε, τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσι.
ἀλλὰ Ποσειδάων γαιήοχος ἀσκελὲς αἰεὶ
Κύκλωπος κεχόλωται, ὃν ὀφθαλμοῖ' ἀλάωσε,
ἀντίθεον Πολύφημον, ὅο κράτος ἐστὶ μέγιστον — 70[b] cf. Β 118 ε 4
πᾶσιν Κυκλώπεσσι· Θόωσα δέ μιν 'τέκε νύμφη,
Φόρκυνος θυγάτηρ ἁλὸς ἀτρυγέτοιο μέδοντος,
ἐν σπέεσι γλαφυροῖσι Ποσειδάωνι μιγεῖσα.
ἐκ τοῦ δὴ Ὀδυσῆα Ποσειδάων ἐνοσίχθων

---

tati sunt, vid. Hes. Theog. 517, arca Cypseli apud Pausan. V 18, Aesch. Prom. 349, 430, Eur. Hipp. 747 Ion. 1, Verg. Aen. IV 247, quibus assentitur RJebb Introduction to Homer p. 39; at *plures* columnas capite humerisve sustentare quomodo potuit Atlas? et quorsum igitur illae columnae? *vertice* ipsum coelum ferre potius dicendus erat, si haec fuisset mens nostri poetae.

54 ἀμφὶς ἔχουσι] *distinent*; cf. nº 316.

56 δὲ] δ' ἐν H alii. || αἱμυλίοισι] *blandis*; non redit adi. in Homericis, sed vid. h. Merc. 13 Hes. Oper. 374. || ϝέπεσσι vHerwerden Nauck] λόγοισι. Cf. Ο 393.

59 θανέμεν nº 126] θανέειν.

60 οὔ νύ τ'] οὕνεκ' nonnulli, quod sine causa praefert Nitzsch. || τ'] i. e. τοι (sic recte FAWolf), cf. nº 13.

61 νηυσ' ἐχαρίζετο] -σὶ χ. codd.

62] damnat PKnight. || ϝοι τόσον ὠδύσαο] τόσσον ὀδύσαο νῦν (metro invito) G.

65] „in suspicionem vocabat nescio quis ob θείοιο: cf. Ariston. Ο 15" Ludwich. || *κεν] ἄν. || ἔπειτ'] sententiae magis apta est particula loco parallelo.

68 αἰεὶ U] αἰὲν. Cf. Λ 827.

69 ὀφθαλμοῖ' nº 59] -μοῦ. || ἀλάωσε] ἀπάμερσεν Nauck, cf. ι 516.

70 ὅο P[1], vid. nº 59] ὅου. || ἐστὶ] ἔσκε T et schol. V; cf. ad β 20.

71 πᾶσιν] πᾶσιν ἐν U[1] W; πᾶσ' ἐνὶ (quidni ἐν?) mavult Fick. || νύμφη] μήτηρ G et l. a. in schol.

72] sic Ar.; sed erant qui post θυγάτηρ distinguerent et sequentia cum σπέεσι iungerent: *in antris regis maris (Neptuni) cum Neptuno congressa.* Quam Aristophanis quoque fuisse sententiam apparet ex scholio corrupto ad ν 96; μέδοντι legisse Aristophanem recte statuisse videtur Nauck Aristoph. p. 52, scholion autem bene correctum esse a Cobeto Mnemos. 1879 p. 439. Obloquitur Ludwich Arist. I p. 509.

73 σπέεσι nº 71] σπέ(σ)σι fere omnes.

οὔ τι κατακτείνει, πλάζει δ' ἀπὸ πατρίδος αἴης.
ἀλλ' ἄγεθ' ἧμες τοίδε περιφραζώμεθα πάντες
νόστον, ὅπως ἔλθῃσι. Ποσειδάων δὲ μεθήσει
ϝὸν χόλον· οὐ μὲν γάρ τι δυνήσεται ἀντία πάντων
ἀθανάτων ἀϝέκητι θεῶν ἐριδαινέμεν' οἶος."
τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη· 80 sq. = 44 sq.
„ὦ πάτερ ἡμέτερε Κρονίδη, ὕπατε κρειόντων,
εἰ μὲν δὴ νῦν τοῦτο φίλον μακάρεσσι θεοῖσι,
νοστῆσαι Ὀδυσῆα πολύφρονα ϝόνδε δόμονδε, 83 = ξ 424 υ 239 φ 204 cf. υ 329
Ἑρμείαν μὲν ἔπειτα διάκτορον Ἀργεϊφόντην
νῆσον ἐς Ὠγυγίην ὀτρύνομεν, ὄφρα τάχιστα
νύμφῃ ἐυπλοκάμῳ ϝείπῃ νημερτέα βουλήν, 86 cf. ε 30
νόστον Ὀδυσσῆος ταλασίφρονος, ὥς κε νέηται. 87 = ε 31
αὐτὰρ ἐγὼν Ἰθάκηνδε ἐλεύσομαι, ὄφρα ϝοι υἱὸν
μᾶλλον ἐποτρύνω καί ϝοι μένος ἐν φρεσὶ θήω,
εἰς ἀγορὴν καλέσαντα κάρη κομάοντας Ἀχαιοὺς
πᾶσι μνηστήρεσσ' ἀποϝειπέμεν', οἵ τέ ϝοι αἰεὶ 91ᵇ sq. = δ 319 sq.
μῆλ' ἀδινὰ σφάζουσι καὶ εἰλίποδας ϝέλικας βοῦς. 92ᵇ = Ι 466
πέμψω δ' ἐς Σπάρτην τε καὶ ἐς Πύλον ἠμαθόεντα 93 sq. cf. β 359 sq. 93 sq.ᵃ cf. β 214 sq.

---

76 *ἧμες τοίδε] ἄμμες τοίδε Fick, ἡμεῖς οἵδε codd. || περιφραζώμεθα] hoc uno loco legitur compositum; cf. tamen adi. περιφραδής Λ 466 etc.

78 ϝόν] τόν Eust.

80 ἠμείβετ' ἔπειτα] αὖτε προσέειπε U.

83 πολύφρονα] δαΐφρονα M alii, sed vid. vs. paralleli.

84 μέν] olim fuisse δή recte contendit Kirchhoff; a diasceuasta enim esse mutatum, ut Mercurium opponeret Minervae; vid. ad vs. 88 sqq.

85 Ὠγυγίην] Ὠγυλίην Antimachus; *Ogyliam* sive *Ogylum* insulam prope Cretam commemoravit Hesiodus, novit Steph. Byzant. s. v. || τάχιστα] post complures demum dies illuc mittitur (ε 30); quapropter παραστὰς coniecit Lehrs; at vid. ad vs. 88 sqq.

87] damnat PKnight.

88 sqq.] ab antiquo carmine, quo *Ulixis reditus* celebrabatur, aliena esse quae inde ab hoc versu usque ad ε 27 leguntur, luculenter demonstravit Kirchhoff. A diasceuasta insertum est aliud epos, id quoque antiquum, in quo describebatur *Telemachi patrem quaerentis iter*; quod epos continetur fere libris β 1 — δ 623. Ipsi diasceuastae (cui *Cynaetho* nomen fuisse Fickii est opinio) Kirchhoff tribuit versus α 88 sqq. usque ad finem libri et δ 624 — ε 27. Niese tamen Seeck alii negant carmen per se absolutum unquam extitisse quod nihil nisi Telemachi iter contineret, sed eo ipso consilio id excogitatum esse contendunt ut ad Ulixis errores enarrandos inde fieret transitus.

88 Ἰθάκηνδε ἐλεύσομαι] -κηνδ' ἐσελεύσομαι plerique, Ἰθάκην ἐσελεύσομαι T² et l. a. in schol. Cf. Ζ 365 ρ 52. Cobet Ἰθάκην ἐπιείσομαι, sed verbum -ϝίεμαι (nº 201) hinc alienum videtur, futurum -είσομαι autem (ab εἶμι, nº 308) nobis suspectum est.

89 μᾶλλον] ἐσθλὸν Nauck. || θήω nº 122] θείω, l. a. θήσω.

90-92] damnat Duentzer.

90 κομάοντας nº 191] -όωντας.

91 -ρεσσ' ἀποϝειπέμεν'] -ρεσσιν ἀπειπέμεν codd.

93 δ' ἐς] δὲ H¹ (δ' ἐ P). || Σπάρτην] Κρήτην

I νόστον πευσόμενον πατρὸς φίλου, αἴ κεν ἀκούσῃ,
95 ἠδ' ἵνα μιν κλέος ἐσθλὸν ἐν ἀνθρώποισιν ἔχῃσι." 95 = γ 78
ὣς Ϝειποῦσ' ὑπὸ ποσσὶν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα 96ᵇ-98 = Ω 340 sqq.
ἀμβρόσια χρύσεια, τά μιν φέρει ἠμὲν ἐφ' ὑγρὴν
98 ἠδ' ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν ἅμα πνοιῇσ' ἀνέμοιο·
102 'βῆ δὲ κατ' Οὐλύμποιο καρήνων ἀίξασα. 102 = Β 167

'στῆ δ' 'Ιθάκης ἐνὶ δήμῳ ἐπὶ προθύροισ' 'Οδυσῆος
οὐδοῦ ἔπ' αὐλείου, παλάμῃ δ' ἔχε χάλκεον ἔγχος, 104ᵇ = β 10
105 Ϝειδομένη ξείνῳ, Ταφίων ἡγήτορι Μέντῃ. 105 cf. Ρ 73
ηὗρε δ' ἄρα μνηστῆρας ἀγήνορας. οἳ μὲν ἔπειτα
πεσσοῖσι προπάροιθε θυράων θυμὸν ἔτερπον
ἥμενοι ἐν ῥινοῖσι βοῶν, οὓς ἔκτανον αὐτοί·
κήρυκες δ' αὐτοῖσι καὶ ὀτρηροὶ θεράποντες
110 οἳ μὲν Ϝοῖνον ἔμισγον ἐνὶ κρητῆρσι καὶ ὕδωρ,
οἳ δ' αὖτε σπόγγοισι πολυτρήτοισι τραπέζας
'νίζον καὶ πρότιθεν, τοὶ δὲ κρέα πόλλ' ἐδατεῦντο.
τὴν δὲ πολὺ πρῶτος 'Ϝίδε Τηλέμαχος θεοϜειδής· 113 = ρ 328
ἧστο γὰρ ἐν μνηστῆρσι φίλον τετιημένος ἦτορ,
115 ὀσσόμενος πατέρ' ἐσθλὸν ἐνὶ φρεσίν, εἴ ποθεν ἐλθὼν 115ᵇ sq. = υ 224 [sq.

99 εἵλετο δ' ἄλκιμον ἔγχος, ἀκαχμένον ὀξέι χαλκῷ, 99 = Κ 135
βριθὺ μέγα στιβαρόν, τῷ δάμνησι στίχας ἀνδρῶν 100 sq. = Ε 746 sq.
ἡρώων, τοῖσίν τε κοτέσσεται ὀβριμοπάτρη·
